Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

conduxisset. qui omnibus ibidem discere cupienti
bus satisfacere bene posset Cumque idem henri
cus in huius precibus persisteret. et omnia sibi ne
cessaria inibi eundo et ibi studendo se exhibiturum
promitteret. ille suis precibus acquievit Venientes
autem ad predictam civitatem magistrum adeunt. atque sub
eius disciplina aliquanto tempore manentes satis
proficuum habuerunt Cum autem idem magister quadam
die in marciano de nupciis mercurii et philolo
gie legeret quomodo utriusque nomen invicem pro
funditate conveniret et non satis diligenter ex
poneret. iuvenes socii ut solebant ad wolfgan
gum venerunt. et ut rerum difficultatem expli
caret unanimiter postulabant At ille sicut erat
mitis et eruditus non solum quod rogabant ve
rum etiam omnem huius sententie scrupulo
sitatem aperiens declaravit Quo comperto ma
gister ira commotus. ne ulterius sue interesset lecti
oni sub interminatione prohibebat Tandem
brevi tempore evoluto socius wolfgangi henricus
ab ottone magno archiepiscopatum treverensium su
scepit. et ut secum ibi veniret wolfgangum obni
xius flagitavit Quod cum diu recusaret. tan
dem victus eius precibus secum ivit Cum autem
idem henricus factus episcopus virum dei wolfgan
gum dignitatibus et honoribus vellet hono
rare. ut scilicet per omnem episcopatum suum secundus

[Left margin:] philologia dicta a phylos quod est amor et logos sciencia, quasi amator sciencie